Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 268

, 165.

„mus Augustinus."

De Joanne Merkelin, qui floruit Sæc: de„cimo quinto agit Ossinger pag: 585. Sed miror nullam ab ipso mentionem fieri libri de instruc„tione simplicium Sacerdotum, quem tamen a se compilatum eloquitur ipse Merkelinus.

4.

Thomæ de Haselbach de tempore nuptiarum fragm: 243a

Thomæ de Haselbach de tempore nuptiarum fragmentum. Incipit: "Dubitatur quo tempore possunt et debent fieri nupcie". In fine ad„ditur: Hec Haselbach in sermone de nup„ciis" &c.

Cod. CCLXVIII.

Chartac: Fol: Sæc: 15.

B 5. 1.

1.

Sermones festivales. 2a–154a

Sermones festivales per circulum anni. Exordium primi de S. Andrea incipit: "Aulam Assueri audebat nemo intrare" &c; Sermo ip„se:" De vocacione S. Andree transcurso modo vocandi."

2.

Tractat: contra judæos, seu pharetra fidei. 157a–192b

Tractatus contra judæos, seu pharetra fi„dei. Hunc titulum præsenti disputationi imponit Placidus Braun in Notit: Codd: Mss: Vol: IV. p. 99. Præfatio incipit: "In disputa„cione judeorum nota triplicem cautelam." In fine præfationis hæc notatu digna legun„tur:" Ista scripta sunt de erroribus judeo„rum in thalamuth quos transtulit fr. theobal,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 268

, 166.

(a) Est is Theobaldus de Saxonia praesens in Concil. Constant. qui libros scripsit: Talmut, seu objectiones contra judaeos.

„dus Subprior ordinis predicatorum (a) Opus ipsum inchoatur: " Acuite sagittas implete pharetras! Res agitur ecclesiam inter et Synagogam. Folio adhuc primo illa ad hanc dicit: " Primo igitur tibi tuos errores de thalamuth declarabo et eorum fallacias testimoniis veritatis extirpabo – Secundo tibi testimonii legum et prophetarum aperiam vere fidei documenta, deinde tibi ad objectiones tuas per singula respondebo ". Haec apprime convenient cum opusculo cujus meminit Schelhornius in amoenit. litter. T. III. p. 147. ex Biblioth. Krafftiana, nempe: Errores Judaeorum extracti Talmud: Probationes Novi Test. ex V. T. per quas doctrina Talmud improbatur et dicitur liber contra errores Judaeorum &c: Id autem a me obtinere non possum; ut cum Fabricio (Bibl. med. & inf. lat. T. III. p. 246.) credam, Schelhornium l. c. indicare voluisse Hieronymi à Fide libros duos contra Judaos, qui habentur in Bibl. max. PP. Lugdun. Tom. XXVI. et a Ms. nostro toto coelo diversunt. Monuisse quoque juverit, praesentem tractatum inter opera Anselmi et Petri Damiani frustra requiri. De eodem agit Nic. Anton. in Bibl. vet. Hispan. T. II. p. 267. et Quetif Script. Ord. Praed. T. I. p. 738. qui authorem Saeculo 14 floruisse, Gallumque ex Ordine Praedicatorum fuisse suspicatur.

Vide Innoc. K. III. 8.

3.

Aristotelis liber de Secretis secretorum.

193a – 226a

Aristotelis liber de de Secretis secretorum ad Alexandrum M. per Joannem quemdam filium Patricii a graeca lingua in chaldaam translatus, ex chaldaea in arabicam, postea per Philippum quemdam clericum ex arabica in latinam: His verbis libri nostri meminit Michael Nean.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 268

, 167.

,der in Erotematis linguæ Hebraicæ. p. 558. Opus
hoc tanquam spurium dudum explosit Picus
Mirandulanus, licet Ms: extet in Bibl: Vatic:
et Renati Moreau teste Labbeo p: 215. C. 7. et 14.
Operis in codice nostro conspectus est sequens:
Præcedit epistola dedicatoria Philippi interpre,
,tis latini ad Guidonem de Valencia Tripolita,
,num Antistitem hujus initii: " Sumo domino
" suo excellentissimo et in cultu Xtane religi,
" ,onis strenuissimo Guidoni de Valencia civi,
" ,tatis Tripolis glorioso pontifici Philippus suo,
" ,rum minimus clericorum se ipsum et fide,
" le devocionis obsequium". Hanc excipit
Capitulorum elenchus; tum sequitur proœ,
,mium cujusdam doctoris commendans Ari,
,stotelem; tum epistola Alexandri ad Ari,
,stotelem, et hujus ad illum responsio; ex,
,in Johannis Chaldaici, et Arabici translato,
,ris præfatio, demum ipse liber Aristotelis,
qui in hunc modum inchoatur: " Fili glorio,
" ,sissime imperator justissime confirmet te
" deus". Tractat autem primo de moribus, of,
,ficiis, et virtutibus, quæ regem decent: de,
,inde de corporis custodia; de hora eligen,
,di in astronomia; alchymystica quædam,
et copiosius de sanitate tuenda: postea
de quatuor temporibus anni, de quatuor mem,
,bris principalibus, de cognitione ciborum aqua,
,rum &c: de electione notarii, aliorumque
ministrorum, de forma præliandi, ultimo
de physiognomia. Vide Fabric: Bibl: Græc:
l: 3. C: 8: p. 167.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 268

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27620

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)